



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae, 1584**

**VD16 B 7375**

35. De imanissima crudelitate, qua tempore Iuliani Imperatoris quidam in sacerdotes sævierunt, deq[ue] illorum diuina vltione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](#)

sed ieunijs continuatisque vigilijs sub altari  
positus, per obsecrationes defensorem sibi at-  
que Ecclesiæ Deum parabat. Dumque hæc in  
longum diuersis machinis, & oppugnationi-  
bus nequam Iustina moliretur, Maximus qui  
se exuere tyranni infamia, & legitimū prin-  
cipem gestire ostendere, datis literis impri-  
um protestatur incepturn, fidem Dei impug-  
nari, & statuta Catholicæ Ecclesiæ subrui, &  
inter hæc appropinquare Italizæ coepit. Quo  
Iustina comperto, hoste simul atque impie-  
tis conscientia perurgente, in fugam versa cù  
filio, exilia quæ Dei sacerdotibus præparabat,  
prima sortitur.

*Theodoreus Ecclesiast. histor. libr. 3. cap. 6. De  
immanissima crudelitate, quæ tempore Iu-  
lianii Imper. quidam in sacerdotes sauerunt,  
deq; illorum diuina ultiōne.*

C A P. X X X V.

**I**ulianus Imper. impietati frena laxans, vna  
cum suis scurrarum more petulanter & co-  
tumeliosè sanctos infectabatur, nullum  
genus conuitij & probri prætermittens in ve-  
ræ pietatis profesores. Abstulit deinde con-  
giaria sacerdotibus, à Constantino Magno do-  
nata. Ascaloni & Gazæ, quæ sunt vrbes Palesti-  
næ, primum virorum sacerdotij dignitate ex-  
ornatorum, & mulierum perpetuam virginii-  
tatem professorum ventres discindunt: dein-  
de farciunt hordeo: ad extremum eos porci-  
deuorandos obijciunt. Sebastæ item, quæ est  
vrbs

vrbis ditioni ḡetis, de qua supra dixi, subiecta,  
bannis Baptiste tumulum aperiunt, osia tra-  
hant igni absumenda, & eorum cineres pa-  
im dispergunt. Scelus autem ab illis in Phœ-  
nicia patratum, quis est queso, qui sine lachry-  
mis possit commemorare? Nam Heliopoli,  
qui est vrbis Libano finitima, execrabilis isti  
gentiles recordati facinoris Cyrilli diaconi,  
qui regnante Constantino diuino quodam  
zelo accensus, multa simulachra, quæ in ea vr-  
be colebantur, confregerat, non modò eum  
interfecerunt, verum etiam dissecto ventre ie-  
cū eius degustare non sunt veriti. Verùm De-  
um omnia contemplantem hoc celare non po-  
terant, sed debitas sui maleficij poenas ei de-  
derunt. Nam quotquot illius sceleris labē in-  
quinati sunt, primū amiserunt dentes, qui  
pariter omnes ad vnum excidebant: deinde  
linguas perdidērunt, quæ putredine tabefā-  
ta, ex ore affluebant: postrem oculis orbati  
sunt: quorum calamitatibus verè pietatis vis  
dare prædicata est.

Jannes Moscus Euiratus in prato spiritua-  
li cap. 38. Glycas parte 4. Annalium Con-  
stantinus Manass. in Annalibus. Ana-  
stasius Imperat. in Ecclesiam Catholicam  
timq; antistites crudelis, diuinitus punitur.

C A P. X X X V I.

A Nastasius Imperator, cùm eiecisset Eu-  
phemium & Macedonium patriarchas  
Constantinopolitanæ Ecclesiæ, ac pro-  
Dd 3 pter